

Hec merces et pena damnationis est iudeorum qui detrahunt mihi apud deum negantes me esse filium dei et christum quem lex et prophetie pronuntiauerunt et qui loquuntur mala aduersus animam meam imponentes mihi crimina ut me esse peccatorem maluolum demonium habere et similia

Christus ad patrem loquens consummas orationes inchoatas ait illi ita loquens **Tu domine deus angelorum et hominum fac mecum misericordiam me resuscitando et glorificando ut nomen tuum glorificetur per meam exaltationem quia suavis est misericordia tua quam per me quam non perieram queris quod perierat.**

Ita uis fac mecum **Libera me de hominis corporis infirmitate per resurrectionem quia egenus et pauper sum ego qui diu uiuorum huius carnis corruptione et cor meum intra corruptum est umore mortis.**

Sicut umbra cum declinat ablatum sum de uita per mortem et fugatum sum in apostolis meis a persecutoribus sicut locusta de loco ad locum fugiendo quam in mea passione dispersi sunt.

Uena mea. fontes mei scilicet apostoli subtrahito me pane quam de celo descendit a presenna eorum infirmati sunt et defecerunt a ieiunio quia diuini uerbi refectores non habebat et caro mea imutata est in melius quia in gloriam immortalitatis. et propter inhabitantem gratiam diuinitatis.

Et inferebant mihi in passione opprobria. uiderunt me in cruce pendente et mouerunt capita sua in signum derisionis illudentes mihi et dicentes. uab qui destruit templum dei.

Adiuua me domine deus meus saluum me secundum misericordiam tuam in passione confortando ne deficiam et saluum me facre suscitando.

Ut probosciant et intelligant omnes iudei quod non ipsi perualuerunt me sed mea et tua uoluntas facta est. ut panar.

Sed illi scilicet obstinati iudei maledicent detrahentes auxilio quod uident in me unde iudei gloriam resurrectionis christi non cre-

bentes maledicebant a patris predicantibus illam et tu benedices predicatorem apostolorum miraculis firmando confundantur qui insurgunt in me putantes proficere contra me. seruus autem tuus letabitur de operatione facta per ipsum.

Induantur confusione et pudore. id est ubique ex omni parte perueniant qui detrahunt mihi et operiantur confusione sua intus et foris coram deo et hominibus.

Ego autem confitebor domino professione laudis valde palam et non coram paucis sed in medio multorum laudabo eum.

Cum quidem meruo laudare debeo. Quia assistit a dextris mei pauperis me semper in bonis operibus seruando. assistit dico ut saluam faceret a persecutoribus animam meam ne eis cederem vel morte possent me reuincere.

Psalmus. CIX. in quo monet subici christo tanquam uero deo et homini. Vxor prophete.

Dixit dominus pater domino filio quam dominus meus est sede a dextris meis. id est. expleta militia tua et pacta obedientia quae scilicet in potentioribus bonis meis. sed autem factum fuit in ascensione.

Sede dico Donec ponam inimicos tuos. imperio tuo subiectos vel adoptatos vel victos ut sub pedibus tuis subiecti omnes locum teneant uolentes vel nolentes uoluntate vel necessitate.

Propheta ostendens uerum regnum christi incepit ait ad christum. Virga. id est. regiam potestates diuinae uirtutis tue dabit tibi dominus pater ex syon. quia ex iudeis originaliter inchoatum est in credentibus regnum christi dominare ergo christe vel dominaberis in precordiis perfide quondam inimicorum tuorum et mortuam puerorum et ubi iam propria uoluntate subiectorum

Dominare dico. et hoc rationabiliter quia ego pater sum principum unum et idem tecum eadem dominandi potestatem

testas et principandi auctoritas est mihi tecum. et hoc apparebit in die claritatis eterne quando manifestabitur omnibus sanctis qui fulgebunt sicut sol quia es in me et ego in te per unitatem essentie potentie et maiestatis. et hoc quia ego ex intima et secreta mea substantia ineffabili genitura genui te et non in tempore. sed ante omnem creaturam

¶ Prophetia de sacerdote Iesu ait. **I**uravit dominus pater Iesu et in concussa veritate firmavit et nunquam mutabitur tu es sacerdos in eternum sacerdos est quia semen ipsum obtulit deo patri in ara crucis et deum patrem semper interpellat pro nobis tu es sacerdos dico. et hoc secundum ordinem melchisedech qui panem et vinum obtulit in sacrificio et tu ita facies in consecratione corporis et sanguinis tui.

¶ Prophetia conuertens sermonem ad patrem ait. o domine pater. **D**ominus Iesus sacerdos iste a dextris tuis sedens constringet se in die iudicii quando apparebit ira et vindicta sua reges qui nomen christi delere volebant. unde sequitur et ipse.

Iudicabit in futuro in nationibus omnibus. quia iudicium finale generale erit. tunc implebit ruinas corpora mortuorum resuscitando. qui per mortem ruerunt a presenti vita et implebit ea animabus propriis que illa vivificent et gubernent. et conquassabit capita id est conteret superbiam et alitudines multorum hereticorum et tyrannorum graviter puniendo etiam in vita presenti in qua sepe de multis superbis humiles facit. **H**oc autem facere habebit potestatem passionis sue merito. quia **D**e torrente et fluxu mortalitatis nostre et turbulenta passione bibit nascendo et moriendo. et hoc in via presentis vite et propterea quia humiliatus est factus obediens usque ad mortem exaltabit deus pater caput eius dando ei potestatem iudicariam et omnibus dominandi.

¶ Psalmus CX. in quo monet ad laudem dei perpetuam propter tam admirabile beneficium.

Gloria prophete.

Quoniam confitebor tibi domine confessione laudis ex toto cordis affectu ut nulla pars cordis mei sit que non sit in tuis laudibus occupata. et hoc non in conventibus hereticorum aut puerorum boim sed in congregatione iustorum que voluntatem tuam et consilium lauant et sequuntur.

¶ Ideo laudabo. quia magna opera domini magna opera creationis faciendo ea de nihilo et in tanto numero et in tam admirabili diversitate. magna opera recreationis de impijs et peccatoribus facere pios et iustos. opera dico exquisita in omnes voluntates eius quia omnia quecumque pulchritudinis et mirifice facit.

¶ Laus et decore opus eius quia omnia que facit laudabilia sunt et decora et ipsum eorum artificem laudabilem et magnificum ostendunt. et iusticia illius qua reddet unicuique secundum opera sua. ut qua ordinat unum quodlibet in finem debitum manet incommutabilis in seculo seculi.

¶ Ideo etiam laudare debemus. quia dominus misericors natura et misericordior exhibitione siue in effectu. quando venit et quando patitur voluit escam. id est refectorem corporis et sanguinis sui in sacramento dedit non tamen omnibus quia non offendentibus sed timentibus se quam escam dando fecit memoriam mirabilium suorum antiquorum exhibitorum complendo in significatis quod presignauerat in figuris quia cum nobis escam corporis sui dedit. memores nos fecit manne prefigurantis banc escam.

¶ Prophetia de efficacia huius sacramenti consequenter ait. **A**demorem erit in seculo testamenti sui. id est huius sacrificii quod testamentum in euangelio ut semper maneat in ecclesia virtutem effectuum eius annuntiabit populo suo unde per semetipsum annuntiavit apostolis et primitiue ecclesie sic dicens. caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. et si quis manducauerit ex pane vivet in eternum.